



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

113. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

De eadem re. *Ex epistola Nicolai Papæ  
ad Karolum Regem.*

CXIII. Scripsit nobis Thietbirga Regina regia se velle dignitate seu copula exūi, & sola privata vita esse contentam desiderare. Cui nos rescripsimus hoc aliter fieri non posse nisi eandem vitam conjux ejus Lotharius elegerit. *Et post pauca:* De retroacta controversia Thietbirga non debet ulterius ad iteratam responsione provocari: quia quod semel bene definitum est, & interpositis juramentis deliberatum, nulla debet iteratione, nisi fortassis ubi fuerit major auctoritas, retractari.

De iudicio ecclesiastico.

CXIV. Deinde quia Ecclesiæ refugium quærens, ecclesiasticum judicium semper expetens, seculari non debet judicio summitti. Post hæc verò, cùm nos ex utraque parte, id est, tam à Rege quam à Regina fuerimus provocati judices, nōsque amborum controviam executi simus, ad nullos alias convenit judices super hoc negotio convolare; cùm secundum sacros canones à judicibus quos communis consensus elegerit non liceat provocate; & ubi concessa est provocatio, non nisi ubi major est auctoritas liceat provocare. Itaque cùm non sit apostolicæ sedis auctoritate, quæ amborum negotium executa est, usquam major auctoritas, nescimus si alicui liceat de ejus judicare judicio vel ejus retractare sententiam.

Nicol. I.  
epist. 50.  
Burchard. lib.  
9. c. 49.

Nicol. I.  
ibid.